35-3-E.15 2

Quæ in Peruſina Synodo habita diebus X. XI. & XII. Menſis Nouembris 1615. Decreta fuerunt.

LIBRVM Ritualem Romanum iuſſu Sanctiſſimi D. N. Pauli V. ſuperiore anno editum ad vſum omnium Eccleſiarum Rectores Eccleſiarum noſtræ Diœceſis omnes habeant, quo ſolo in adminiſtratione Sacramentorum, cœteriſq; Eccleſiaſticis ceremonijs vtātur, quolibet alio Rituali etiam Eccleſiæ noſtræ prætermiſſo.

In priuatis Oratorijs Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum non conſeruetur, nec miniſtretur, niſi illis ipſis perſonis quarum obtentu facultas eſt, vt in eis ſacrum Miſſæ ſacrificium fiat, quod tamen in celebrioribus feſtis non conceditur. ſed neq; in diebus permiſſis ad Miſſam Campanæ pulſentur. in reliquis conceſſionis tenor & præſcriptum attendatur.

Curatores Animarum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſinguli in ſuis Eccleſijs Parochialibus ſuper altare in tabernaculo decenter aſſeruatū perpetuò retineant, illis exceptis, quos ob diſtantiam Eccleſiarum à domicilijs, & propter periculum ſolitudinis, & deficientis cuſtodiæ duxerimus excipiendos. ſola paupertas non excuſabit, ſuffragabuntur Parochiani, & Societates quibus facultas datur oleum infra fines Parochiæ perquirendi.

Curati quibus conceſſum eſt, vt in ſubſidium Fontes Baptiſmi in proprijs Eccleſijs habeant, Infantes ab ipſis baptizatos principali cui ſubsũt Plebano intra decem dies nominatim miſſis ſchedulis cum expreſſione Patrinorum denuncient, Plebanus vero eoſdem in ſuo baptizatorum Libro notet, huic, & illis pro quolibet defectu ex negligentia, duorũ aureorum pœna impoſita.

Curati Eccleſiæ Plebanæ ſubiecti curent intereſſe benedictioni ſacri fontis, quæ annuatim ſabbato ſancto celebratur, niſi locorum diſtantia, vel alia rationali cauſa excuſentur, & tunc Oleum ſanctum accipiant à Plebano, hic autem in libro Baptizatorum nomina illorum inſcribet quibus oleum diſtribuerit. negligentiæ culpa vbicunq; commiſſa fuerit pęna trium aureorum mulctabitur.

Clerici ad Sacros maiores Ordines promouendi examinentur, an ſint Cantu firmo edocti. Ad Subdiaconatum nemo admittatur, qui Diuinum officium ad quod obligatur rite dirigere, & recitare non nouerit. qui vero ad Presbiteratum aſpirat ediſcat ſacras Miſſæ Ceremonias, & à Magiſtro Ceremoniarum, aut ab alio iam docto Sacerdote teſtimonium ſuæ aptitudinis exhibeat.

Quamuis vniuersè Domos locare meretricibus non ſit prohibitum, certe Eccleſiarum Domos meretricio quæſtui inſeruire, & ex illarum locatione lucrum, aut mercedem accipere valde indecorum eſt, ac turpe & illicitum reputamus; propterea Domos Eccleſiarum meretricibus, alijſue perſonis inhoneſtis ad improbatum vſum locari prohibemus ſub pæna amiſſionis annuæ penſionis conuentæ aut ſolitæ, quam eo ipſo Monaſterio Conuertitarum applicamus.

Quamuis

Quamuis aliàs Decreto Synodali permiſſum fuerit Rectoribus, & Cappellanis, vt in diebus feſtis vicinarum Eccleſiarum, ad illas cohoneſtandas certis adiectis conditionibus Eccleſias ſibi commiſſas relinquerent: quia tamen poſtmodum compertum eſt ex hac permiſſione ſæpe contingere, vt pleriq; de populo cum nequeant ad Eccleſiam honoratam, vel aliam vicinam accedere, vt Miſſam audiant, fructu tam ſalutaris ſacrificij careant; permiſſionem huiuſmodi ſimpliciter duximus reuocandam præcipientes omnino Rectoribus, Vicerectoribus, & Cappellanis ne prætextu permiſſæ licentiæ etiam ſeruatis preſcriptis conditionibus diebus Feſtis præſertim Dominicis à propria Eccleſia recedant, neq; ſine Miſſa populum relinquant. manente pæna antiquo Synodali Decreto conſtituta.

Ex Hebræorum commercio Ciuitas Peruſina quid vtilitatis publice, vel priuatim etiam in temporalibus capiat, ignoratur. in ſpiritualibus certe nihil commodi, plurimum vero damni, & periculi ſi non ſentit, metuit. quapropter Summorum Pontificum Conſtitutionibus, & cautionibus inhærentes, quæcunq; illi à Chriſtianis obſequia, & ſeruitia præſtari Hæbræis prohibuerunt, & cauenda ſanxerunt, Nos parimodo in noſtra Diœceſi iam ante prohibuimus, & cauere in dies ſtudemus; ideoq; ſcientes huiuſmodi genus hominum ab vniuerſo ſtatu Eccleſiaſtico, tribus exceptis Ciuitatibus, ablegatum eſſe, & ex indulgentia ad certum tempus, & ex certis cauſis alibi tolerari; dummodo ibidem Domicilium contrahere non videantur, Mandamus, & præcipimus Eccleſiarum Parochialium Rectoribus, vt nobiſcum inuigilent, & in

dies

dies certiores faciant nos, vel noſtrum Vicarium, & Cancellarium de numero, & conditione Hebræorum in eorum Parochijs commorantium, & obſeruent, quorum Chriſtianorum conſuetudine, & familiaritate vtantur, quidue negotij tractent: ne ex diutina commoratione, & promiſcua conuerſatione, vel ex illicito quouis tractatu Ciuitas, & Diœceſis publice, vel priuatim in morum, & Religionis ſinceritate detrimentum aliquod patiatur.

Auuertimenti dati nella medeſima Sinodo.

CHE li Curati prima di cominciar in Chieſa le Denuntie per li Matrimonij da contraherſi trà li Spoſi, e Spoſe habbiano il conſenſo loro per aſſicurarſi, ſe di volontà loro deuranno fare tali Denuntie. nel rimanente oſſeruino altri Auuertimenti già publicati in ſtampa ſopra i Matrimonij.

Che li Curati ancorche non ſiano Pieuani, & non habbiano il Fonte nelle Chieſe loro debbiano fare diligenza di ſapere, & notare in vn libro i nomi de' Battezati, & Creſimati delle loro Parocchie con i nomi de' Compatri, e Commatri.

Che li Prepoſti per ſodisfare all'obligo, & adempir meglio l'offitio loro almeno vna volta l'anno viſitino le Chieſe della lor porta, & s'informino dello ſtato, e biſogno di quelle per darne relatione à Monſig. Veſcouo, il quale ciaſcun meſe farà vna Congregatione per ſentirli, & prouedere opportunamente alli biſogni

Che nelle Congregationi, e Confraternite, che ſi fanno de i Rettori ſempre vi ſia la lettione delle Conſtitutioni Sinodali, e de gl'Auuertimenti dati, e ſtampati per ſapere, & eſſeguire quanto appartiene all'obligo particolare de' Decani, e Priori, e communi di tutti.